teris; eligendos de melioribus et dicioribus cuiusli-
bet universitatum ipsarum,[a] in quorum electione
tota universitas ipsa concurrat. De quorum electio-
ne recepto publico scripto, subvencionem eandem,
receptis prius ab eis corporalibus iuramentis, quan-
titatem contingentem quamlibet earumdem univer-
sitatum iuxta tenorem cedule, tibi exinde de regia
curia destinande, inter homines terrarum et loco-
rum ipsorum, prout facultates singulorum requi-
runt, iuxta arbitrium taxatorum ipsorum vel
secundum apprecium, si in terris et locis quibus-
libet factum inveneris, nec faciendum sit de
facultatibus singulorum ~~in~~ et hoc magis uni-
versitates elegerint, particulariter taxari permit-
tas; mandaturus eisdem taxatoribus sub pena
prestiti iuramenti, quod in taxatione ipsa nemi-
ni deferant prece precio vel amore, gracia vel
timore, nec aliquem odio aggravent ~~[illegible]~~, set
ad solum deum et equum regie mentis propo-
situm respectum habentes, sic per eos super hiis
omnibus equalitas observetur, quod in taxationi-
bus ipsis, equitatis et rectitudinis veritate reser-
vata, divites et magis habentes pro suarum
facultatum qualitate taxentur, et pauperes seu
minus habentes ultra debitum non graventur.

[c.] Item quod, ut taxatoribus ipsis omnis
super hiis malignandi materia precludatur, pre-
dicas eisdem, ut in distributione facienda sic se

a) ~~Hs: Korrupt, aber wendet wie so zu lesen.~~